

Petri hispani

Folio ciiii

105

et ergo quando arguitur a genere ad speciem est locus
a concomitantibus substantiam

Silla que concomitantur substantiam rei sunt
extra ipsam. ergo quando sumit argumentum
a concomitantibus substantia erit locus extrinse-
cus. Dicendum quod licet aliqua que concomitantur substā-
tiam non sint intrinseca essentialiter. tū dicitur intrin-
seca sicut aliquem modum essendi in quod sufficit ad locum
intrinsecum. Et ergo locus a causa efficiente ad suum effe-
ctum est etiam locus a concomitantibus substantiam. quia
sicut aliquem modum essendi in causa efficiens est in suo
effectu. ad minus sicut virtutem. licet sit extra ipsam sicut
substantiam

Et dividitur ille locus per locum a diffinitione a descriptione. et a nominis interpretatione

Hic dividit locum a substantiam in locum a diffinitione a descriptione. et a nominis interpretatione. comprehendendo sub loco a diffinitione locum a diffinitione. sub descriptione. locum a descriptione. et sub loco ab interpretatione. locum ab interpretatione.

Queritur Que sit ratio divisionis istius
Dicendum quod ista. nam in
omni loco a substantiam ter-
minus inferens dicitur per se
illato. vel ergo unus terminus explicat essentiam al-
terius. aut proprietatem eius. si primus sic est locus a diffi-
nitione. Si secundum hoc est dupliciter. quia vel explicat
naturam alterius per proprietates absolutas et sicut se
et sic est locus a descriptione. aut sicut ad impositio-
nem nominis. sicut inquitur ab ipsis sit interpretatio.
et sic est locus a nominis interpretatione

SPlures sunt loci intrinseci a substantiam. sicut locus
a diffinitione. locus a descriptione. et ergo divi-
sio est insufficientis. Sed in hoc habet circa con-
tinuationem. Et similiter sub diffinitione debet com-
prehendi etiam locus a differentia ultima ad speciem.
vel rationale currit. ergo homo currit et contra. Et
sub loco a descriptione comprehendit locus a proprio quatuor-
to modo ad suam speciem.

Diffinitio est oratio indicans quid est esse
rei per essentialia

Hic prosequitur de membris divisionis loci a substā-
tiam. ostendens quomodo in particulari formantur sillo-
gismi dialerici sicut diversos modos loci. Et primo agit
de loco a diffinitione. quia iste est perfectior aliis. gra-
tia cuius primo diffinit diffinitionem dicens. Diffi-
nitio est oratio indicans quid est esse rei per essentialia.
et diffinitur hic solum pro diffinitione quod dicitur
na. quod innuitur per hoc quod dicitur. per essentialia. quia
illa explicat convertibiliter quid dicitur sive essentiam
diffinitur per essentialia.

Queritur Quotuplex sit diffinitio
Dicendum quod quadruplex. sicut quod
dicitur. descriptiva. causalis.
et quid nominis. Diffinitio quod dicitur est que constituit
ex principis essentialibus rei. sicut ex genere et differentia. vel
homo est animal rationale. et illa diffinitio sola species
diffinitur. quia species sola habet genus et differenti-
am. Diffinitio descriptiva est que constituitur ex ge-
nere et proprio. vel ex genere et accidentibus quibus

Unde dicitur aliqui quod differentia prima non est nobis
nota. et tunc species non potest diffiniri qui dicitur. sed de
scriptive proprio. quia prima est nobis nota. quando
vero est nobis ignota. tunc ponimus plura accidentia
ad circuloquendum proprio etus. Exemplum primi
vel homo est animal rationale. Exemplum secundi. vel homo est
animal gressibile bipes non alatum Diffinitio casualis
est que datur per causas extrinsecas diffinitio. que sunt ef-
ficiens et finalis. vel homo est propter beatitudinem. Diffi-
nitio quid nominis est que explicat virtutem nominis et
quod per nomen significat. vel vacuum est locus non re-
pletus corpore

SDiffinitio causalis non distinguit a quod dicitur
na. ergo non est quadruplex modus diffini-
di. Ans probat. quia datur per causas sicut diffi-
nitio causalis. Dicendum quod diffinitio non dicitur
tur causalis a causa intrinseca. sed extrinseca. sicut ab effici-
ente et finali. vel hic homo est factus a deo. propter beati-
tudinem. ibi deus est causa efficiens. et beatitudo causa finalis.
Unde hic homo est quod factum a deo oppositum ex
corpore et anima propter beatitudinem. ponitur oes
causae. et ergo maxime est causalis. quia cum dicitur ex
corpore. tangitur causa materialis. ex anima. forma
lis. a deo. efficiens. propter beatitudinem. tangit cau-
sa finalis. Et locus a diffinitione causalis debet compre-
hendi sub loco a descriptione. Et si diffinitio quid no-
minis convertitur cum diffinitio. tunc debet reduci ad
locum a nominis interpretatione. que etiam explicat
quid per nomen significatur.

SDiffinitio diffineretur hoc esset per aliam.
Et illa iterum per aliam. et sic fieret processus in
infinitum qui est impossibilis. ergo diffinitio
non potest diffiniri Dicendum quod neganda est secun-
da pars antecedentis. quia diffinitio in quantum diffi-
nitur. sed illa diffinitio diffinens ipsam virtutem non
diffinitur. quia est quod complexum. sed complexum non
est diffinitio

SDiffinitio est simplex terminus. ergo non est
oratio Dicendum quod diffinitio capitur dupli-
citer. Uno modo pro illa secunda intentione. et
sic diffinitio est simplex terminus. nec vel sic in logica
diffinitur. Alio modo capitur pro rebus substratis. et
sic diffinitio est oratio. et hoc modo hic diffinitur

Locus a diffinitione est habitudo dif-
finitionis ad diffinitum. et continet quatuor
argumenta et quatuor maximas. Primo
subiungendo diffinitionem affirmativam. vel
animal rationale currit. ergo homo currit.
locus a diffinitione Maxima. Quicquid
predicatur de diffinitione et de diffinito Se-
cundo predicando diffinitionem affirmativam.
vel fortes est animal rationale mortale. ergo for-
tes est homo. locus a diffinitione Maxima
De quocumque predicatur diffinitio et diffini-
tum. Tercio subiungendo diffinitionem ne-
gativam. vel animal rationale non currit. ergo
homo non currit. locus a diffinitione Ma-
xima. Quicquid remouetur de diffinitione.

s i